

## Livia in literary sources

1. *CIL* 6.29681 = EDR020628: The official *fasti* of a group of *seviri Augustales*. Trebula Suffenas, Samnium, 108 CE.

20 k(alendis) Aug(ustis) honorem edederunt; lud[os in foro]  
per III fecerunt; III primi  
natale Iuliae August(ae) in pu[blico]  
cenam decurion(ibus) et Augu[stal(ibus)]  
dederunt; eorum sevir[atu?]  
25 familia gladiat(oria?) [---]

2. *IGR* 4.353: The ritual calendar of the imperial choir (*hymnodoi*) of god Augustus and goddess Rome. Pergamon, Mysia, 129–138 CE.

ὄσα τῶ ἐνιαυτῶ παρέχει τῆ[ς ἀρχῆς]  
ὁ γραμματεύς·  
μηνὸς Ὑπερβερεταίου προ(τέρᾳ) γενεσίῳ Σ[ε]-  
5 βαστῆς οἶνον, στρῶσιν Ἄ β', μνᾶν

"What the grammateus provides during the year of his office.

On the next to the last day of Hyperberetaios, for the birthday of Sebaste (i.e., Livia):

Wine, table setting worth two denarii, and one mina."

3. *P.Oxy* 3.496: The marriage contract between Sarapion and Thais. Egypt, 127 CE.

1 ἔτους ἑνδεκάτου Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραιανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ Φ[α]ρμ[ο]ῦθι κδ, ἐν  
Ὁξυρύγχων πόλει τῆς Θηβαίδος, ἀ[γα]θῆ [τύ]χη, ἐ[πι] [Ἰο]υλίας Σ[εβα]στ[ῆς].

"The 11th year of the Emperor Caesar Trajanus Hadrianus Augustus, Pharmouthi 24, at Oxyrhynchus in the Thebaid, for good fortune, before Julia Augusta."

4. *P.Oxy.* 17.2105: The edict of Marcus Petronius Honoratus, prefect of Egypt in 147–148 CE.

[Μάρκος Πετρών]ιος Ὀνωρᾶτ[ος]  
λέγει. [---]  
[ὁ] [---] [μ]ενος τριετηρικὸ[ς] ἀγῶ[ν] [---]  
[---] ἐπὶ τιμῆ θεῶν Λιβίας κα[ὶ] [---]  
5 [---] ἀπὸ τῆς ἑβδόμης το[ῦ] [εἰσιόντος?]  
[---] [μ]ηνὸς ἀγωνοθέτου π[---]  
[---] ἀκολουθῶς οἷς ἐπέ[στειλαν?][---]  
[---] ἰων καὶ Σεπτίμιος Ν[---]  
[---] [γυμνασί(?)]αρχοὶ ὑπ[---]  
10 [---] .τηστοα[---]

4: "in honour of the divine Livia and - - -"

## 5. Marcellus Empiricus: *De Medicamentis Liber 15.6.*

Multis et hoc profuit medicamentum: Costi, opii, anesi, schoeni, cassiae rufae, singulorum  $\text{\textcircled{I}}$  binos, git  $\text{\textcircled{I}}$ , amomi uictoriati pondus I, asari, quod est semen,  $\text{\textcircled{II}}$ , aluminis fissi  $\text{\textcircled{I}}$ , gallae, quod est medium, magnitudine ciceris pilulas numero V, croci  $\text{\textcircled{II}}$ , crocomagmatis uictoriati pondus, myrrae uictoriati pondus, aristolociae Graecae  $\text{\textcircled{III}}$ , cinnami  $\text{\textcircled{III}}$ , hirundinum siluestrium exustorum pullorum cineris  $\text{\textcircled{V}}$ , nardi spicae uictoriati pondus.

Melle Attico despumato comprehenduntur haec omnia diligenter trita, cum autem opus fuerit reparari hoc medicamentum, adicietur quod satis erit eiusdem mellis et sic faucibus inseretur.

Hoc Liuia Augusta semper compositum habuit et reconditum in uasculo uitreo; facit enim mirifice aduersum anginam et synanchem.

## 6. Marcellus Empiricus: *De Medicamentis Liber 35.6*

Acopum ad perfrictionem, lassitudinem et dolorem tensionem que neruorum, quod hieme adhibitum non patitur perfrigescere quamlibet partem membrorum; hoc Augusta Liuia utebatur.

Accipit haec: Samsuci floris  $\text{\textcircled{I}}$ , roris marini foliorum  $\text{\textcircled{I}}$ , faeni Graeci  $\text{\textcircled{I}}$ , uini Falerni congium, olei Venafrani  $\text{\textcircled{V}}$ .

Praeter oleum omnia triduo in uino macerari oportebit, quarto die oleum admisceri et coqui in pruna non acri medicamentum, donec uinum consumatur, postea percolari per linteum duplex oleo que adhuc calenti cerae Ponticae  $\text{\textcircled{S}}$  adici conuenit.

Reponitur medicamentum fictili uel stagneo uaso.

## 7. Claudius Claudianus: *Epithalamium 10.10–13*

10 iam munera nuptae  
praeparat et pulchros, Mariae sed luce minores,  
eligit ornatus, quidquid uenerabilis olim  
Liuia diuorum que nurus gessere superbae.

## 8. Prudentius: *Contra Symmachum 1.251–270*

Adiecere sacrum, fieret quo Liuia Iuno,  
non minus infamis thalami sortita cubile,  
quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.

55 Nondum maternam partu uacuauerat aluum  
conceptam que uiri subolem paritura gerebat.

Pronuba iam grauidae fulcrum et geniale parantur,  
iam sponsus saliente utero nubentis amicos  
aduocat, haud sterilem certus fore iam sibi pactam.

60 Vitricus anteuenit tardum praeferuidus ortum  
priuigni nondum geniti.

Mox editur inter  
fescennina nouo proles aliena marito.

65 Id que deum sortes, id Apollinis antra dederunt  
consilium; numquam melius nam cedere taedas  
responsum est, quam cum praegnans noua nupta iugatur.

70 Hanc tibi, Roma, deam titulis et honore sacratam  
perpetuo Floras inter Veneres que creasti!  
nec mirum; quis enim sapiens dubitauerat illas  
mortali de stirpe satas uixisse et easdem  
laude uenustatis claras in amoribus usque  
ad famae excidium formae nituisse decore?

#### 9. Prudentius: *Contra Symmachum* 1.292–293

in Iouis Augusti que adytis templis que duarum  
Iunonum Martis que etiam Veneris que sacellis